Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithaniæ Rußiæ Prußiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhiniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis. Expositum Nobis est per certos Consiliarios Lateri Nostro Aßistentes. Qualiter Nobiles Joannes Paulus Elster Revisor Theloneorum Regni Cameræ Krze-
picensis et Dorothea Rudlicka Conjuges legitimi inito prius cum Generosis Matthia Dzięborski Administratore Capitaneatus Krzepicensis, Notarioq Theloneorum Regni Cameræ ibidem existentis, et Catharina Lasowska Conjugibus Contractu, de Data ejus
Vieluny die vigesima nona Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo vigesimo quarto, eoq Actis Castrensibus Vielunensibus Feria Secunda post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo vigesimo quarto roborato, Domum lapi-
deam suam propriam et hæreditariam a Successoribus olim Nobilis Joannis Elster Superintendentis Theloneorum Nostrorum et Reipublicæ quæsitam et emptam antiquitus Cerynìowska nuncupatam, in Circulo Fori Civitatis Nostræ Krzepicensis inter Domos Famatorum Joannis Osiecki et Kra-
sowski ad præsens sitam et jacen, cum omni Jure, Dominio, Privilegijs, et Immunitatibus huic Lapideæ per Sermos Reges Poloniæ Antecessores Nostros benigniter concessis, memoratis Generosis Matthiæ Dzięborski et Catharinæ Lisowska Conjugibus plenarie coram Actis Castrensibus Vielunen.
Feria Secunda post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo vigesimo quarto resignaverint et vendiderint. Supplicatumq Nobis Nomine Supradictorum Generosorum Matthiæ Dzięborski et Catharinæ Lasowska Conjugum ut ejusmodi Resignationem sic ut præ-
missum factam Nos Authoritate Nostra Regia approbare et confirmare, memoratosq Generosos Dzięborskie Conjuges circa Immunitates et libertates huic Domui Lapideæ per Serenissimum olim Sigismundum Augustum Regem Poloniæ Cracoviæ Feria Quarta post Festum Paschæ Anno Do-
mini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo primo benigniter concessas, ac demum à Serenissimis olim Henrico, Vladislao Quarto Regibus Poloniæ confirmatis conservare ac manutenere dignaremur. Cui Supplicationi uti justæ et rationi consonæ Nos benigne annuentes, præfatam Resi-
gnationem Lapideæ per Nobiles Joannem Paulum Elster et Dorotheam Rudlicka Conjuges in Personas dictorum Generosorum Matthiæ Dzięborski et Catharinæ Lisowska Conjugum ipsorumq Successorum sic ut præmissum coram Actis Castrensibus Vielunensibus factam et recognitam in
omnibus et singulis ejusdem Punctis et clausulis approbandam et confirmandam esse duximus prout quidem præsentibus Literis Nostris approbamus et confirmamus, eosdemq Generosos Matthiam Dzięborski et Catharinam Lasowska Conjuges illorumq Successores circa omnia et singula
Jura, Immunitates et Libertates prædictæ Domui Lapideæ per Serenissimum olim Sigismundum Augustum Regem Poloniæ benigniter concessas in Privilegio Ipsius de data ejus Cracoviæ Feria Quarta post Festa Paschæ Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo pri-
mo, tum in Confirmationibus Serenissimorum Vladislai Quarti et Henrici Regum Poloniæ, ad præsens in suis originalibus reproductis expreßas et exaratas, in quorum usu et Poßeßione tam à Serenissimo Joanne Tertio Rege Prædecessore Nostro, quàm Nobis Ipsis Nobilis olim
Joannes Elster Superintendens Theloneorum Nostrorum et Reipublicæ dictæ Lapideæ novus quæsitor unà cum Successoribus Suis conservatus fuit, Antecedaneiq dictæ Domus Lapideæ Hæredes vigore Supraexaratorum Privilegiorum fuerunt, conservamus et manutenemus
perpetuo et in ævum. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Generoso Capitaneo Nostro Krzepicen. nunc et pro tempore existen., necnon spectabilibus et Famatis Proconsuli, Consulibus, Advocato Scabinis, totiq Magistratui Civitatis Nostræ Krzepicen. notum esse vo-
lentes mandamus ut præfatos Generosos Matthiam Dzięborski et Catharinam Lisowska Conjuges eorumq Successores, circa omnia Jura Immunitates et Libertates, tam in Privilegio Serenissimi olim Sigismundi Augusti, ejusq Confirmationibus Serenissimorum Henrici et Vla-
dislai Quarti, quam et Privilegijs Serenissimi Joannis Tertij Regum Poloniæ ac Nostro exaratis immutabiliter conservent ac manuteneant conservariq ac manuteneri ab omnibus curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscriptas, Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXVI Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXXVII Regni vero Nostri Trigesimo Anno.

Conservatio Generosorum Matthiæ et Catharinæ Dziembowskich Conjugum circa Jura et

de Ao 1727



[illegible]

Złożono przy pierwiastkowej regulacyi nieruchomości N° 19 w Krzepicach protestowany.

w Krzepicach 21 Grudnia 1838
2 Stycznia 1839.

Ignacy Urwicz

Jaroński